

facile aequat, si non superat. Fuit hic amplius biennio in aedibus M. Joannis Hummelii, viri integerrimi et cum philosophiae totius, tum imprimis mathematum perientissimi ἐΦεσίος καὶ ομοδιαιξός jamque prognostico nouilunii ecliptici anni 1567 ad senatum patriae chorographia item Misniae ad Augustum Saxoniae VII. virum et doctissimis quatuor annorum cum et ephemeridibus tum prognosticis editis Germaniae innotescit. Dii illum sospitent, ut et alia edat praecarissima vtilissimaque ingenii sui monumenta, et Chorographiam Lusatiae arte factam, quam nostro rogatu instituit, ad umbilicum perducat. Caeterum natus est Bartholomaeus anno 1540 Majo tribus horae quarantibus post medium noctis. In manibus nunc habet tabulas arithmeticas, mensurarum, ponderum, monetarum, temporum et historiarum, propediem, uti speramus, edendas. Nunc maritus factus Mathematica in augusto patriae Gymnasio profitetur. Hic ciuis et amicus noster ad locupletandos, augendos et illustrandos hosce meos rerum Lusaticarum commentarios, secundum virum genere, virtute, eruditione et dignitate praestantem Georgium Schmidium et ipsum ciuem meum ac dominum in majoribus honorandum, plurimum mihi profuit studio suo et benevolentia tum communicandis liberaliter quos habuit, tum conquirendis vndique omnis generis autoribus, annalibus et monumentis. — Christ. Manlius in Lus. lib. VII. de viris illustribus in Hoffmanni scptt. rer. Lus. C. VII. C. VIII. p. 442 b. §. I.

III.

— Schollenstern haben zu ihrem Stammvater den berümtten Mathematicum und hochverbienten görlischen Bürgermeister Bartholomaeum Scultetum. Denn